



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Regula Sancti Patris Benedicti**

**Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>**

**Moguntiae, 1604**

VIII. De Anniuersariis celebrandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

quid promittant, aut se se obligent verbis alicui: sed omnia referant Capitulo vel Regimini terminanda, vt supra.

4. Cæterum strictius inhiemus: ne aliquod, ex nostre Congregationis Monasteriis dimittatur, aut ab ipsa Congregatione alienetur: nisi ex quatuor tres partes omnium Fratrum, qui habent vocem in Capitulo Generali consentiant. Hoc tamen non intelligimus, quin in casu permutationis, id fieri possit: scilicet si dimittatur vnum, vt in eadem diœcesi aliud acceptetur.

5. Si verò de aliquo Monasterio Monialium sub cura Cōgregationis, aut particularis Monasterii nostri acceptando tractabitur quod ( quantum possibile erit, omnino est euitandum ) nisi de consensu duarum partium Prælatorum totius Congregationis, qui in Capitulo Generali intererunt, etiam ad visitationem tantum, acceptari non possit.

*De anniuersariis perpetuo celebrandis.*

CAP. VIII.

**N**E tantorum bonorum inerti obliuione memoria sopiatur, quanta per summum Pontificem diuinæ memoriæ Eugenium quartum huic Congregationi nostre gratis, Præiilegiis, beneficiis innumeris collata sunt, per quæ non modo stabilita, verum etiã plurimum augmentata existit: Irreuocabili edicto statuimus per omnia nostra Cōgregatio-



nis Monasteria presentia & futura, singulis annis die vigesimo tertio Februarii anniversarium conuentualiter celebrari, pro eodem Eugenio summi Pontificis placida reuerentia. Aliud consimiliter eadem firmitate celebrari statuimus die decimonono Septembris, pro felici reuere[n]te Reuer. P. Ludouici Barbo, fundatoris huius nostre Congregationis, precipui directoris institutorisque, quondam Abbatis S. Iustine Paduane, & deinde pro maiori stabilitate prefate Congregationis Episcopum Teruicinum assumpti.

2. Fiant preterea, annuatim tria anniversaria conuentualiter, vnum pro omnibus Fratribus nostre Congregationis: aliud pro Benefactoribus nostris defunctis: Tertium vero pro Benefactoribus viuis, dicendo Missam pro peccatis. Quorum anniversaria celebrentur per Monasteria nostre Congregationis, primam diem Septembris, diebus quibus melius celebrari poterunt.

3. Quoniam insuper R. D. Guido de Gozaga, dum ageret in humanis, precipuus Benefactor nostre Congregationis exiit, preesertim Monasteriorum S. Bened. Cti, S. Iustine, S. Marie de Pratalea, S. Georgii Martiris, S. Euphemie Brixienfis, & Abbatie Prerentia: Idcirco omnibus & singulis prefatis Monasteriis singulis annis, pro animarum remedio ad beneplacitum Capituli Generalis, anniversarium depositionis diem, inuicem celebrandum, qui anniversarius est decima Septembris.